Quelle: http://manuscripta.at/?ID=537
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De policia seu civilitate:
Rubrica prima

Salomon in proverbiis c. 11
In benedictione iustorum ex-
altabitur civitas in ore impiorum
subvertetur. 14 c. Iusticia elevat
gentem miseros facit populos pec-
catum // 29 c. // Homines pestilentes
dissipant civitatem sapientes vero
avertunt furorem:
Socrates in exortacionibus // c. 2
ex omnibus civis discede non dicior
sed gloriosior non potius pluribus
opibus preditus quam a multitudine
Cronica de nugis philosophorum c. 3 scilicet
de Solone // Solon qui fuit unus de
septem sapientibus ait a viris
ingentibus perit civitas:
Aristoteles politicorum li. 1 c. 1 omnem
civitatem videmus communitatem quan-
dam existentem et omnem communitatem
alicuius gracia boni institutam Ho-
mo natura animal civile est 2 qui in-
civilis propter naturam et non propter
fortunam aut pravus est aut me-
lior quam homo li. 2 c. 1 // Civilitas
communicacio quedam est multitudo que
secundum naturam est civitas // non
sic civitas ex similibus amiciciam pu-
tamus maximum bonorum esse civi-
tatibus // c. omnis civitas indiget artificibus
// 8 c. maxime ubi virtus honoratur ac
policia non est possibile sunt secundum
virtutem principari // Policia est
ordo quidam habitancium civitatem
// Civis non est per habitare alicubi //
Civitas civium quedam est multitu-
do civis simpliciter nullorum aliorum
determinatur magis quam per participare
iudicio in principatu consiliativus
vel iudicativus huius civitatis civita-
tem esse // Civium dicimus esse talem
multitudinem ad sufficienciam vite
c. 2 // Civium quamvis dissimilium
existencium opus est salus communica-
tionis // Communicatio est policia // Ex
dissimilibus est civitas li. 4 c. 1 pol-
licia est civitatibus ordo qui circa
principatus quomodo distribuantur et quid
dominans policie et quid quod refertur
est cuiusque singulis // c. 2 policia
principatuum ordo est // 4 c. ubi non
principantur leges non est policia // 1
c. est pollicia ut simpliciter est dicere
mixcio olicharchie et democracie
// 9 c. policia vita quedam est civita-
tis // In omnibus civitatibus sunt tres
partes civium hii quidem opulenti
valde hii autem egeni valde hii autem
tercii qui medii horum // Qui

// sunt in mercedibus